



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

I. S. Macarivs Romanvs

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

γινόμενη κλείσις τῶν θυρῶν τῆς ἀγίας τῆς θεῆς ἐκκλη-
σίας, τήντε τῶν ὑλικῶν δηλοῖ παράδοξον, καὶ τὴν ἕρησον
μὲν μετὰ τὸν φοβερὸν ἐκείνου ἀφορισμὸν καὶ τὴν
φοβιωτέραν ψῆφον εἰς τὸν νοτιὸν κόσμον, ἦτοι τὸ
νυμφῶνα τῆς χριστῆ τῶν ἀξίαν εἰσελθόν, καὶ τὴν ἐνταῦθα
αἰσθήσει, τῆς κατὰ τὴν ἀπάτην ἐνεργείας τελείαν
ἀποβολήν.

Epitimij pœna; cuius mētio fit in actis Marty-
ris, est pœna Ecclsiastica, quā præfules & præfecti
sacrorum, & Cœnobiarchæ præscribebant subie-
ctis, cum aliquid peccassent. In Concilio Octauo
Occumenico, quod ante biennium vulgauimus,
Act. 2. de Epitimijs hæc scribuntur. *Tum patriarcha
dixit: Præscripta Epitimiorum pœna cunctis lapsis au-
dientibus legatur. Acceptã ergo, Stephanus Notarius
legit. Qui carnibus vescuntur, pœna esto, nec carnibus,
caseo, ouo vescatur. Qui aliàs à carnibus abstinent, ab-
stineant ab ouo, caseo, pisce, feria quarta & sexta: ole-
rag, & legumina comedant cum modico oleo & vine.
Ingenua procumbant quotidie quinquagies, & illud
(Domine ignosce mihi) inclament centies, recitentq;
psalmos 6. 37. 50. Hac obseruari volo à nonis Octobri-
bus, & sique ad natalem Domini.*

23 Octob.

I. S. MACARIUS RO- MANVS,

TRES quidam religiosi senes, Sergius,
Hyginus & Theophylus è S. Asclepij,
seu Aesculapij cœnobio, quod in Metopo-
tania Syriæ visitur, conspirarunt in re pia-
pio sine, vt totam viciniam seu solitudinem
obirent. Ergo iter auspicati, alia ex alijs

D 4

mala

mala experti sunt, modo ab hominibus, modo à feris illata. Nonnunquam ab agrestium herbarum pastu retardati, donec haud paucorum itinere dierum confecto incidere in locum hominis vestigia referentem, quæ insistentes ad spelæum peruenirent, in quo videbatur homo degere, eo quod ornatior & cultior appareret: quod ingressi patienter expectabant, dum videret incolam illius antri. Paulò post hauriunt odores mirè gratos, spectantq; speciem aliquam hominis, sua quasi cæsarie vestiti. Hic verò erat venerandus ille Dei seruus Macarius Romanus, qui cum ad suum specum accederet, eminus adhuc, sensit hospites adesse, humique fusus, precabundus magna voce clamitans dicit. Si à numine missi, adestis signum date: si autem à tartaro emersi, procul este à me vili peccatore. Respondent peregrini: Benè precare nobis serue Dei, Christum colimus Christiani, Dæmoni renunciauimus. Tum senex consurgens ad illos adit, cuius capillamentum niues æmulabatur, corpus testudinis tergum referebat, supercilia oculorum præ senio fluentia & remissa, vngues à manibus pedibusq; * amplius dodrante extabant, barbitium ad pedes vsque promittebatur. Cœpit deinde in rogare: vnde estis filioli, quid huc aduenistis

* Ita Græcè: καὶ οἱ ἄνδρες τῶν χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν αὐτῆ πλείον εἶχον τῆς σπιθαμῆς.

nistis? Qui mox illi animos totos aperue-
 runt. Tum ille: Filioli, non est mortalium
 ullus, qui Dei possit assequi potentiam co-
 gitando. Ego postremissimus hoc cœpi vel-
 le tentare, cum sub noctem mihi visus quis-
 piam qui diceret. Noli tentare conditorem
 tuum, qui neque hunc locum transire po-
 tes. Quid ita, inquam, Domine? & ille:
 A viginti millibus hinc distat murus * fer-
 reus, & intra illum aheneus, intra quem
 sunt non nulli à pedibus umbilico tenus hu-
 manâ specie, * pectore leones, capite * dra-
 cones, quorum manus serpentinæ Crystal-
 lum referunt, flammatas romphæas loci
 illius custodiendi causa gerentes, ne quis-
 quam illuc penetrare possit. Quæ cum illi
 audirent ingenti horrore perfusi trepida-
 bant, & iam vesper claudebat Olympum:
 rursum ille: Filioli, inquit, recedite pau-
 lulum introrsum, sunt mihi duo filioli, qui
 ad vesperam huc diuertunt, ne insolentia
 hospitem offensi, vobis aliquid nocumenti
 adferant, cum ecce gemini leones è solitu-
 dine decurrentes, ad pedes illius magno ru-
 gitu procubuerunt. Hospites verò rursum
 exterrore prociderunt. Sed imposita leo-
 nibus manu senex: filioli, inquit, Ex inqui-
 linis terre, ad me quidam homines aduenê-
 re: quos à vobis lædi nolim. Tum statim ad

D 5

peregri-

q. nat. d. v.
 Enovidia
 p. u. a.

paradise
 custodia
 visa
 2.

* vide no.
 sas.

3.

peregrinos senex : adeste, inquit, fratres, vespertinas dicamus preces, qui vt trepidi confurrexerunt, accurrerunt ad eos feræ, pedesq; lambere cœpere. Postero die sanctum alloquuntur peregrini : Expone nobis venerande pater, quo pacto ad hunc locum perueneris ? qui, Ioannis, inquit, cuiusdam Romani ex ordine Senatorio filius eram, cui parentes cum vxorem inuito despondissent, nuptiæque essent celebratæ, & iam ambos in conclauē ductos vellent occludere, ego inter tripudiantem tumultuantemque & iocantem turbam clam silentio elapsus, in cuiusdam viduæ ædicula, septem totos dies abditus illis plorantibus, & me quærantibus latui. Concubia dein nocte in viam progressus reperi senem quendam, quem collocurus : quo, inquam, tendis pater : & senex, eò prorsus quo tu statuisti, proficiscor.

Ergo hunc secutus, post triennium tandem huc cum illo veni. Sed paucis ante diebus quam huc venirem, cum quiesceremus, simul ac ego somno excitus eram, ille ex oculis se meis subduxit. Ego tum dolere & lamentari : cum ille rursus apparet : Ego, inquit, sum Raphael Archangelus : ne expauescas, sed da gloriam Deo. Iam enim tenebricosa loca emerisus in claram lucem euasisti

evafisti, simulque his dictis evanuit ex oculis. Ego verò cœptum iter profecutus, quinto demum die huc perveni, reperi que in hoc spelæo exanimem lænam, duosque iuxta catulos rugientes super illa & eiulantes, quod vnde fugerent, non haberent, horum ego curam suscepi, & glandibus velut gnatos meos pavi, lænam verò effossâ terrâ condidi.

arg. Apua.

* *Prima pomeridiana apud nos.*

Post biennium deinde, egressus ex antro cum catulis hisce circa * septimam, resedi, cum ecce tibi sudarium video in terra proiectum, tenuissimum sanè velut nebulam, vehementerque attonitus eo spectaculo, vnde inquam, hoc? Postridie rursus, calceolos reperio sericos, & utroque percussus, circumspectansque puellam video saxo residentem, cultu aureo, splendidoque exornatam, & forma præstantem, cui ego: vnde, tu huc delata? quid sibi vult Acheronticus hic vestium ornatus? Illa verò lacrymabunda: Ego, inquit, infelix Romani cuiusdam senatoris filia sum: quam nubere parentes recusantem coegerunt. Sed elapsa ego ex illo matrimonij vinculo, nemine horum fugæ conscio, per montes & speluncas oberro. Sed & nunc desertis in locis hic versor, ignara quo mihi sit eundum. Quare ne avertare servulam tuam, quando & ego Dei sum

En artes pessimi artificis.

sum opificium. Sed hæc aliud non erat, quam tentatio, qua (veterator) me dolo per colloquium petebat. Quod ego tum non sensi. Quo inquam ad illam, cogitas? nam vt mecum hic degas, numquam ego permittam. Ad hanc, inquit illa, solitudinem, vt hic habitarem, veni. Deduxi ergo illam in antrum meum, & dactylos illi, quibus & ego vescebar, porrexi comedendos. Sed illa plorando imbres lacrymarum profundebat, cœpique animo commoueri. Nocte verò iam appetente, precibus vesperinis rite persolutis, ad quietem capiendam me composui; humoque membra reclinaui: cum cœpit me Satanas turbare. Et qui antea nunquam vllam corporis voluptatem desideraram, nullamq; impuritatis labem contraxeram, tum cœpi amare fœminam, volebamque iam ad illam accedere, cum illa repente penitus euanescit. Et quia me in conspectu Dei peccasse noueram; clamaui: Peccaui coram te Domine, miserere mei. Et quia in me descendi accuratius, deprehendi grande esse peccatum meum, etenim nec leunculi ad me totos decem dies reuertebantur, quemadmodum antea consueuerant. Et decreui ab eo loco recedere, ne denuò per insidias circumuenirer, & penitus prolicerer à facie Dei. Sur-

rexi

rexi ergo & spelæum egressus, duos in solitudine dies oberrabam : cum astitit Angelus Domini, & quo, inquit, Macariabis ? & ego : A facie, inquam, peccatorum meorum fugio. & Angelus : ficcine ? vnicam tentatiunculam vincere non potuisti ? redi in cellulam tuam : & ego : quis es Domine ? Raphael, inquam, ego sum ductor ille tuus, & cum dicto disparuit. Reuersus ergo in locum meum, genua mea flexi ad Dominum, totosque quadraginta dies ac noctes ita ieiunus peregi. Dein tandem surgens vidi totum antrum, per omnes quatuor angulos cælesti lumine perfusum, virumque purpura, diademate, auro gemmisque nobilissimis ornatum, qui cæcumen inusitatum cecinit, cuius vox totam hominum turbam referebat, cantuque absoluto, obstupescenda locum odoris diuini fragrantia compleuit, indeque mox ab oculis sublatus euauit. Redeunte vero illo in cælum, tonitrua, fulguraque, & terræ tremores, secuti tanti, ut ego filioli attronitus septem ipsos dies vsum omnem linguæ amiserim. Eram tum natus annos octo supra quadraginta. En filioli, audistis isthæc : si potestis hic apud nos durare, durate : sin minus ; Dominus ductor vester esto, dimisitque eos : valete, inquit, filioli mei sancti, & Deum pro me precamini

camini. Et custodierunt illos leones comites toto triduo, qui vestigia illorum lambentes, ad fenem sunt reuersi. Monachi verò tres cum aliquot dies per iter ad homines reuersuri confecissent, ad flumen peruenerunt, vbi dum somno paululum sopirentur, à cœlitibus rapti Hierotolymam sunt translati, vbi experrecti cum intellexissent, quantum itineris spacium velut per somnium transiijissent, laudibus Deum celebrarunt, simulque omnia sacra loca venerati ad cœnobium suum reuersi, quæ experti essent, & vidissent, speciatimq; de S. Macario exposuerunt.

ANNO TATIONES.

1.

lib. 4. c. 28.

Romanum Anachoretam celebrat Theodoretus in Ecclesiastica historia, & in patrū sanct. hist. Enimuerò nō videtur is de quo hoc loco Menæa, quem Macarium Romanum appellant. In

2.

prima p. VV. patrum, multò etiam fusius huius Romani acta narrantur. Quod de muro ferreo & monstris illis excubantibus narratur, videtur Angelus paradysi adyta, illudque in accessum primorum parentum beatum nemus insinuare, de quo Theologi quoque ad illa verba Moylis.

Gen. 3.

Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni.

Non

Non est credendum, inquit Theodoretus, Cherubim dicere virtutes quasdam invisibiles, ut quidam existimant, quoniam invisibilis natura nihil illis contulisset, cum visio sensibilis esse deberet, qui ipsam Adam exterreret. Non igitur gladius ille flammeo naturaliter igneus erat, sed visus talis: neque Cherubim erant animalia; sed talia videbantur. Et mox infra concludit sententiam. Illud igitur: *Statuit Cherubim, dixit: ut indicet potentem quandam & terribilem visionem & formam, perinde ac si quadam animalia in ingressu paradisi collacasset, quibus inde arceretur Adam.* In eadem opinione fuerunt Theodorus Heracleæ Episcopus, & procopius Gazæus, quorum sententiam noster Pererius ita exponit: Ergo isti arbitrantur cherubim, qua ante paradisum erat, non fuisse aliud quam spectra quadam & simulacra terribili forma ad incutendum horrorem, metumque primis hominibus in vestibulo paradisi collocata, more agricolarum, qui in hortis & satis, ligneos designant palos, laceris humanarum vestium pannis obvolutos, ut eo terriculamenti genere aves à seminum & frugum pastu terras arceant: Hæc Pererius. Hebræi tradunt vocabulum Cherubim propriè picturam seu figuram significare, semper ferè hominum præterquam apud Ezechielè, cap. 9. & 10 vbi significat figuras animalium de quibus fusè Villalpandus tom. 2. p. 311. & sequet. 3. Dracones, inquit, capite referebant. Ex Græcorum ergo quorundam interpretatione illi Cherubim, quasi monstra quædam triformia, & Chimæras designabant, quæ tutelam paradisi gererent, qualia à poetis quoque finguntur.

quales
olim pile
cõpitales
& q̄ feris
obiectabã-
tur, aut
qualis dicitur
ducus effi-
gies formi
dolosæ, ma-
lis magnis
dentibus
sonu ingē-
tē faciens,
ut est apud
Festum.

Hom. Illi-
ad. 2.

Lucretius

ἦς ἄρ' ἐν θεῶν γένει, ἐκ ἀνθρώπων
Πρόσθε λίαν, ὅπιδεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Qui

- Ouid. 4. Qui fieri potuit triplici cum corpore, & Sna*
Met. Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimara
Ore foras acrem flaret decorpore flammam.
1. *Quòdque Chimara iugū medijs in partibus hircū*
 9. NOUVM *pectus & ore leo, caudam serpentis habebat.*

I. S. THEOCTISTA LES- BIA VIRGO.

MEthymnensis hæc erat patria, vitæ statu religiosa; Nam à prima infantia in virginum cœnobium deducta, sacrum religionis cultum induit. Nata annos decem & octo, in vicinum egressa vicum sororem salutauit. Sed cum eadem nocte Cretenles duce Nysiride, 2. locum inuasissent, omnes incolas vna cum Theoctista ceperunt, Ad lucem ergo morati in insula, captiuis vndique coactis, prædā composuerunt. Theoctista dato clam fugæ loco in siluam cunctis ignota secessit, vbi & postmodum, quamuis fame, frigore, æstuq; grauitet diu, multumq; conflictata perseuerauit, lupinis & agrestibus herbis pasta, intra quinque
 3. supra viginti annos visa nemini, Deo penitus addicta, cui viuebat soli & intemeratæ Dei matri. Anno quinto & trigesimo exacto, diuino ductu, venator ferā persecutus, atque à cæteris longius digressus 4. ædem Deiparæ visendi gratia ingreditur, erat enim